



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloster eine Hebung aus Bobene, am 1. Dezember 1281.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

minii in ipsis bonis nobis postmodum vsurpantes. Vt autem de facto huiusmodi nullis posterorum nostrorum cuiuspiam dubitacionis effigies inculcetur, quin forcius, perhenniter et inuolabiler obleruetur, prefens scriptum fieri et sigillorum nostrorum affixionibus iuimus sollempniter confignari. Testibus subnotatis Venerabili Domino G. Brandenburgensi episcopo, Domino Walthero de Bareboy, Arnolde de Jagow, helmoldo de dreinleue, hinrico de wildenhagen, Wernero de Sculenborch et aliis quam pluribus testimonio fidei decoratis. Datum Sandow, Anno domini Millefimo Ducentesimo octuagesimo primo, X<sup>o</sup>. kalendas Marcii.

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloster eine Hebung aus Bobene, am 1. Dezember 1281.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandenburg, recongnoscimus et presenti littera protestamur, Quod pro remedio animarum nostrarum ecclesie Beate marie semper virginis in Arnffe poprietatem donauimus super duobus Choris filiginis et vno chori [sic!] orde in vna Curia in villa Bobene, quos Errembertus, Miles de Rintorp cum omni Jure eidem ecclesie resignauit, perpetue possidendam. Concessimus eciam ipsi ecclesie, quod a Curia et choris prenominitis nec a nobis nec a nostris beredibus peticio debeat requiri, que bede teutonice nuncupatur. Igitur ut huius nostre donacionis memoria iugiter teneatur, hanc paginam inde scribi iuimus et Sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Testes sunt Arnoldus Jaghowe, Rodolphus de ymbeke, Arnoldus de Bodenstede et Conradus de konninghefmarke, Aliique quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>., kalendis decembris.

XVI. Ablassbrief des Bischofes von Minden für das Kloster Arendsee, vom 1. Januar 1282.

Frater Otto, permissione diuina Mindensis ecclesie episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis Salutem in omnium saluatore. Quoniam, ut ait apostulus, omnes stabimus ante tribunal Crisfi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu feminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur deo deuote Sanctimoniales in Arneffe diuinis continuo laudibus insistentes continuam indigenciam paciantur, Vniuersitatem vestram rogamus et in